

sis, si bonæ existimationis illi fuerint, eodem modo ac in christianos Judæi testificarent, sustinentur: signa per quæ (8. 23. 27. & 28. Ord. 11. dicit. tit. & p.) discernantur, deferenda, nisi itineris ratione ea dependant: omnis conversatio, permixtio, & familiaritas cum eisdem effugienda, (10. & 13. Ord. 8. dicit. tit. & p.) neque eisdem habitaculis utriusque sociandi: (2. tit. 2. lib. 8. Recop. Cast.) prohibetur etiam, aromapola, pharmacopola, seu chirurgi artem exercere: (11. & 15. Ord.) ad victum aliquid vendere, permixtum manducare, & bibere: (8. dicit. tit. & p. 26. Ord.) qui ad fidem christianam se sponte voluerint convertere (12. Ord. 6. dicit. tit. & p. 1. tit. 2. lib. 8. Recop. Cast.) non sunt impediendi: christianos (13. & 20. Ord.) famulos, & famulas (vid. verb. Famuli) nec nutrices habeant, equarios, oultores, seu pastores: compates, & commatres ne sint: sed per leg. 8. vtr. statuitur, nullum inter eosdem futurum esse commercium, tamen eorum terras christianis licet justo colore stipendio: dum iter faciunt, commitari poterunt pro custodia: (contrarium disponit lex 20. Ord.) nec per se, nec per christianos (14. Ord.) regie gazæ munus promerebuntur: Orta inter judæos contentio ab Ordinariis iudicibus dirimenda: (16. Ord.) ad DD. Joanne II. sic determinatum in quibuscumque iudiciis existit, quamquam DD. Joannes I. in civilibus tantum eorum iudicibus hoc permitteret: (35. Ord.) quod quidem per reges catholicos iterum fuerit demandatum: dum litigia (sic indicat. lex 5. dicit. tit. & p.) inter christianos, & judæos non fuerint, per suos iudices terminanda: (non obliuiscaris leg. 87. 88. 89. & 90. Styl: Omnes conferantur) sine assensu regio à judæis (17. Ord.) non sunt tributa imponenda: in ægritudinibus (18. Ord. 3. dicit. tit. & p.) christianos non visitent, neque eisdem medellas adhibeant: simul in balneis ne conveniant: medicum judæum christiani consulant, dum horum manu fiant medicina, convivia reprobantur: nec de eis quidquam accipiant, ad victus rationem spectantium: christianæ (19. Ord.) ad judæorum loca ne accedant: à quolibet in hisce (21. Ord.) potest accusatio proponi: pro æris alieni solutione in carcerem (25. Ord. cum leg. 4. tit. 2. ejusd. lib. 8. Ord. Reg.) possunt detruudi: nomen christianorum (26. Ord.) sibi non suscipiant, nec è contra: non licet eisdem, sericum & auratum quidquam in sellis, stapedibus, calcariis, gladiis, vitris, & zonis aptari: (27. Ord.) signum panni rubri dextero ferent humero: regie gazæ (29. 30. & 4. Ord. vid. sup.) & decimarum conductores esse nequeunt, neque fidejussores: atque iudæo debet præferri christianus pro minori pretio regios redditus conduens: tributa prædiis imposita (31. Ord.) si à judæis hæcine emantur, eadem persolvenda: ex Thalmud, ceterisque eorum scripturis (34. Ord. Ad rem 1. tit. 2. lib. 4. For. Reg.) sunt verba delenda, in quibus maledictiones in Ecclesias, Christicolos, Sacerdotes, & defunctos imprecantur, nec aliquo loco referendæ, & tamquam in blasphemos, si secus se gesserint, est procedendum: (vid. verb. Blasphemia) ex uno oppido si judæi profugerint, à nemine (39. Ord.) recipiantur, debent ad suum domicilium remitti: cum signis presertim superpelliceis ad regis adventum (41. Ord.) non se præsentent, neque eisdem, voceque modulata ad aliquem eorum sepeliendum utantur: synagogas (4. dicit. tit. & p.) reficere queunt, non verò de novo construunt regio absque mandato, dum antiqua forma servata reparatur: non debent in die Sabbati (5. dicit. tit. & p. 7. tit. 2. lib. 4. For. Reg.) ad iudicium vocari, exceptis causis criminalibus: poena mortis (9. dicit. tit. & p. Ad rem 7. tit. 19. lib. 8. Ord. Reg. 3. tit. 11. lib. 4. For. Reg.) judæis christianam carnaliter cognoscens pleçitur: nullis (tit. 2. lib. 8. Ord. reg. tit. 6. lib. 8. Recop. Cast. vid. verb. Usura) fenerari permittitur. Postquam ea omnia memoriæ tradideris, add. hisp. ad hoc verb. perleçtionem repetet.

Antequam in ea, quæ nostris temporibus animadvertenda existunt, dum ad fidem christianam judæi convertuntur, incidamus, nota omnibus fieri debent per leg. 6. t. 24. p. 7. & leg. 3. t. 3. l. 8. Rec. Castellæ determinata.

Per illam signatur medium quo sunt fidem convertendi: (vid. verb. Apostata, in fin. add. hisp. nov.) si velint fidem amplecti, omne impedimentum est auferendum, qui ob hæc causam lapidibus, aliisve instrumentis mortem eisdem inferant, igitur omnes tradentur: si non interficiantur, tamen injuriæ tractentur, iudices juxta criminis qualitatem procedent: conversione perfecta, ab omnibus sunt honorandi: nec poterunt ab aliquo natales ipsorum exhiberi, nec judaismo notari: in nihilo bona sua detrahenda: eorum domini absoluti considerantur: sunt jam paternæ successione capaces: cum fratribus, & ceteris cognatis fiet partitio tamquam si non esset macula sublata: in officiorum, & honorum obtentionem reliquis æquantur christianis.

Per leg. 3. præscribitur, hæreticos, & apostatas in fidem conversos, vulgo *Reconvertidos*, filios, & nepotes, in flammam propter dicta crimina condemnatorum usque ad secundam generationem, si ex mascula progenie descendant, sive ad primam si ex feminea, nulla honorifica officio obtinere posse, poenis stabilitis contravenientes puniendo.

Orum ex eis dispositionibus, ni fallor, (oculos à regia benignitate non defecendo) duxit declaratio Reg. Sched. 10. Decembr. an. 1782. in alia posteriori, 9. Octobr. an. 1783. contenta: in hisce similis casu designatur: varii subditi Majoricæ regno existentes recursum ad regias aures detulerunt, eo quod magna distinctio inter eos, & ceteros vassallos in honoribus, & præminentis notabatur, quia illorum ascendentes vero essent religionem christianam amplexi, videlicet ann. 1435. ideo, ut nullum discrimen inter ipsiusmet regionis subditos constitueretur, & à nemine impostorum verba, quibus designaret suam originem, proferrentur, fuit humilis petitio ad regios pedes pervoluta, variis rationibus innixa, propterea quod videbatur non esse culpa in conversis, multo minus in eorum descendibus, si majores sero essent religionem christianam professi: si per se homo nostræ sacrosanctæ religionis veritates insequens sine progenitorum suorum consideratione vitam rationabilem & religiosam degit, non debet sibi imputari quod multos jam præ enumeratis seculis ad effectum ascendit respicienda non pervenisset: cur est horum defectus exprobandus? His, & multis aliis fundamentis præsentibus, auditis civitatis principalis vulgo *Palma* dicta Majoricæ insula sitæ præcipuis Corporibus, consultationeque prævia Senatûs Supremi Castellæ non oblitâ, noster piissimus rex catholicus D. D. Carolus III. quem Deus nobis incolumem servet, decrevit, prædictos subditos quovis loco dictæ civitatis, aut insule territorii cujuslibet habitationem suam constituere posse: omnem protectionem eisdem impendendam: omne signum, quo à ceteris vassallis secerantur, & unde originem trahunt, ostendatur, esse delendum, & diruendum: necnon prohibetur, voces, & verba contemtilia in eos proferre, neque *Judaorum*, seu *hebræorum* mentionem fieri: absque eo quod poenarum expressio in contravenientes mittatur, siquidem nobiles per quatuor annos in præsidia mittendi: hac qualitate destituti in phaselorum constructionem vulgo *Arsenales* per idem tempus assignari debent: verum sic delinquentes majorem atatem si non adimpleverint, per octo belli maritimi exercitio applicabuntur: per Reg. Sched. ann. 1782. ita fuit determinatum: sed iterata postea eorum petitione, per alteram ann. 1785. ad omnes actiones belli terrestres, & maritimi, atque cujuscumque status servitii apti fuere iudicati.)

HEMORROISSA

A CHRISTO SANATA.

HEMORROISSA à Christo Domino à profubio sanguinis liberata, de qua *Luce 8. vers. 43. S. Ambrosius de Salomone cap. 5. arbitrat, quod fuerit*

rit S. Marta. Eusebius *histor. eccles. lib. 7. cap. 17. asserit*, quod fuerit quædam mulier ethnica ex urbe Pæneis ad Jordanis fontem sita, quæ grati animi ergo ob relatum gratiam Salvatoris statum erexit, quam suis insepissime oculis Eusebius ipse testatur. Et Sozomenus *lib. 5. cap. 20. & Philostrogus lib. 7. cap. 7. ad ætatem usque Imperatoris Juliani eam perdurasse commemorant*, apud Calmet, verb. *Hemorroissa*. Clericus autem nelle *Spiche*, verb. *Hemorroissa*, tenet, quod fuerit nobilissima & ditissima femina è Casarea, Philippi oriunda, & juxta communem opinionem vocaretur *Berenice*, che vuol dire *Veronica*, & esset illa pia mulier, quæ proprio suo sudario vultum Redemptoris Nostri crucem ad Calvarium ferentis, copioso sudore & sanguine conspersum absterisit; in quo sudario facies dolorosissima ipsius Jesu Christi remansit miraculose impressa. Et ibi insuper ita subiungit: Di questo pure il Masini nella sua scuola del Cristiano alla pag. 247. nota questa erudita osservazione, riferita da molti gravissimi Autori, ivi citati, con queste parole: — "E' costante opinione, che S. Veronica poggesse il vello al Salvatore piegato in tre dopie, e che in tutte tre quelle parti s' improntasse l' immagine di Gesù Christo, le quali poi fossero divise in tre; stante che esse tempi nostri ancora si venerano in tre luoghi, è usono accreditate per originali: la prima in S. Pietro di Roma; una nella Città di Jaen nell' Andalusia, Provincia di Spagna; l' altra in Gerusalemme, e si mostrano a' fedeli con molta divozione, & concludono, che il Masini segue a dire molte altre cose di S. Veronica, e di S. Amatore suo marito —" Vide tamen quæ de hoc argumento erudite non minus quam critice profert Nat. Alex. in *synopsi hist. eccles. tæc. 1. art. 5.*

HERMAFRODITUS.

SUMMARIUM.

HERMAFRODITI unde dicuntur: an dentur: aliqui ab Auctoribus signantur: apud Indos an inveniantur: casus curiosus recensetur de duobus qui matrimonium contraxerunt, ad num. 5.
Mutatio sexus qualis eveniret, & quomodo intelligatur: distinctio inter marem & feminam: an isti possint ordines accipere: dispensatio an sit necessaria, & possint religionem ingredi, ad num. 20.
Si femina monialis sexum mutare videatur, professio an irritetur: quid circa matrimonium contractum, tam in agente quam patiente, ad num. 26.
Additiones subnectuntur, ad num. 37.

HERMAFRODITI, seu Androgyni sic dicuntur, eo quod in ipsis uterque sexus appareat; Hermas enim apud Græcos masculus est, & Aphrodite femina nuncupatur, de quo videndus S. Augustinus de *Civitate Dei lib. 16. cap. 8.*

¶ Multa congerit Auctor, quorum alia falsa, alia dubia omnino sunt. Hermaphroditus enim componitur ex vocibus græcis *Hermas*, quæ non masculum, sed Mercurium, & *Aphroditis*, quæ non feminam proprie, sed Venerem significat. Perfecti Hermaphroditæ raro inveniuntur; conversio autem feminæ in marem nunquam fortasse viribus naturæ facta est, deceptique sunt qui pudentarum partium conformationem insexperunt. Fide digna Floridæ descriptio adhuc desideratur: Lepores utrumque sexum non habent. Joan. Faber Epos, in *Hist. Mexic. fol. 812.* Dium me torsit, inquit, de leporibus dubitatio an persuasio, omnes ad unum Hermaphroditos esse. Ideo cum Nobiliss. Julio Sinibaldo venationibus ditissimo (qui ultra centum lepores domi suæ, h. e. in oppido Montis Leonis Splotanæ dioceseos cepit uno anno) omnes lepores accurata sectione perquisivimus: inter quos centum vix quatuor masculos invenit, reliqui omnes feminæ, & quod mireris, pletræque gra-

vidæ fuerunt, in his omnibus distinctissimum sexum invenit, & agnovit, & feminea quidem vasa genitalia in feminis, virilia in masculis &c. ¶

Dari hujusmodi Hermaphroditos, seu androgynos participantes de utroque sexu, apud omnes est in confesso, teste ipsamet experientia, & plures referuntur passim à Doctoribus, ut videre est apud Pignatell. 1. 4. *consulti. 34. per tot. Torrebl. in demolog. lib. 2. c. 17. Ursayam Instituit. crimin. lib. 3. tit. 5. à num. 205.* Ubi ex variis Auctoribus varios refert hujusmodi casus, inter quos unum de quadam Moniali in virum conversa, quæ à monasterio expulsa, fuit exinde ut perfectus vir ordinatus Sacerdos, & factus Canonicus S. Marie in Via lata de Urbe, qui fuerat Monialis in quodam Monasterio ejusdem Urbis; is fuit filius Laertii Cherubini, qui obiit 23. Maji 1626. fuitque sepultus in Ecclesia S. Marizæ de Scala, teste Abbas Piazzæ nella *gerarch. eccles. nella Diacon. della Scala fol. 1877.* Immo apud Indos & maxime in provincia Floridæ in America tanta est hermaphroditorum copia, ut eo quia robusti sunt & exossi, jumentorum loco inserviant, prout de dicta provincia Floridæ testatur Janson. in *Theatr. Orb. terrar. tom. 3.* his verbis: *Abundat regio hermaphroditis, quorum servili opera, mancipiorum, jumentorumque loco utuntur*, quem refert etiam Verricell. in *traçt. de Apostolicis missionibus tit. 14. miscellan. q. 196. dub. 1. n. 2.* qui Auctor ibi & *dub. reg. ex Demetrio, Plinio, & Eliano* probat, lepores utrumque sexum habere, & mutuo coitu absque feminis eorum speciem propagari; dantque hermaphroditos parem, & perfectam potentiam habentes gignendi, & pariendi. Et de facto Thom. Franc. de Remoral. *conr. 25. per tot. Ursaya. Instit. crimin. lib. 3. tit. 5. num. 215.* & alii, referunt curiosum casum duorum hermaphroditorum, qui inter se matrimonium tantquam vir, & femina contraxerunt, & deinde ambo inventi fuerunt gravidi.

Quamvis factos esse ex mulieribus viros multos referatur, numquam tamen mares viri in feminas mutantur, nec id fieri posse affirmant Medici, teste Card. de Lugo *respons. moral. lib. 1. dub. 31. num. 3.* repugnante scilicet natura, quæ semper expetit dignus, & indigniori resistit. Immo volunt plurimi, casus relatores de feminis mutatis in viros non esse intelligendos de vera mutatione, seu conversione à femina in marem, sed illas fuisse hermaphroditos, seu Androgynos, referendo apparitionem utriusque sexus Clitoridi, de quo Amenus de *delict. & pœnis tit. 4. §. 11. num. 18.* ubi refert, quod id vidit Papiæ anno 1669. & sic tenent Gasp. Bacchin de *Hermaphrodit. lib. 1.* Schenchi *lib. 4. observ. in prin. Majol. de Irregular. lib. 1. c. 27. Riolan. de hermaphrodit. c. 8. Zacch. q. Medic. Legal. lib. 7. tit. 1. q. 8. per tot. Cosp. nel Giudic. crimin. part. 2. c. 7. num. 40.* & seq. ubi quod similis casus evenit Spoleti, tempore quo studebat Senis, in qua civitate cum tali hermaphroditio fuit sæpe allocutus, Ursaya *l. c. num. 212. ad 215.* & facit casus curiosus relatus supra num. 1. de duobus illis hermaphroditis inter se matrimonio junctis, & ambobus gravidis inventis. Nec fabulosum est hoc, habere etiam mulieres suos testiculos, & genitalia æque ac viros, atque ob id non minus etiam quam viros castrari posse, quemadmodum in Lydia castrari affirmat Alcivatus in *l. Spadonum, ff. de verb. significat. §. lib. 4. antiq. lecti. c. 10. lib. 20. c. 14.* relatus, & secutus à Pignatell. *tom. 4. consulti. 34. num. 1.* Immo quod mas, & femina solum accidentaliter inter se differant, & quod genitalia viri, ac feminæ solo situ distinguantur, ut quod vir habeat genitalia foris, eo quia propter ejus caliditatem expellantur, & femina continet intus, eo quia propter ipsius frigiditatem intus retineantur, tenet communis Græcorum, & Arabum Medicorum sententia, ut Galenus, Ægineta, Avicenna, Rasius, & alii apud Andream Laurentium *histor. anatom. l. 7. q. 8.* Unde Galenus *l. 2. de semin. sic præcise ait*: "Est enim proportio maxima inter genitalia masculi & feminæ; Omnia quidem genitalia membra tum masculus, tum femina habere eadem videntur, positione tantum, & magnitudine differentia: Quin & vasa testes nutrientia utrique sexui ex eisdem venis

» & arteriis procedunt; » & consimiliter habent pluri-
 10 aliis.
 De hermaphroditis aliqui per jocum interpretantur
 Textum in cap. Omnes utriusque sexus, de pan. & remis.
 quos citat Nevezan. in Sylo. nuptial. l. 5. fol. 531. n. 36.
 & Paschal. de Orto in Apolog. c. 9. num. 19. impressa
 part. dissert. Coscia, Ursaya in miscellan. Sacr. & profan.
 canon. & civil. part. 2. lit. H. num. 5. & (ut refert Bellar-
 min. tom. 3. controversiar. lib. 3. cap. 13. de Penitentia)
 Calvinus Hæresiarcha lib. 3. Institutionum cap. 4. §. 7.
 sic expresse dicit; ibi: « Nam quod jubent boni Patres,
 » omnem utriusque sexus quotannis semel proprio Sa-
 » cerdoti confiteri omnia peccata, faciet homines lepide
 » excipiant, hoc præcepto teneri solos hermaphroditos,
 » ad neminem vero spectare, qui sit vel mas, vel fe-
 » mina. »
 Poterat putidum hunc hæreticorum jocum Auc-
 tor noster à sua bibliotheca excludere, cum inde nihil
 utilitatis percipere queat Lector. Idem dicendum de casu,
 quem proponit, & solvit inferius n. 15. de hermaphro-
 ditio; n. enim seq. naturaliter impossibile proficitur: &
 quasdam res status est. omittit, quam inanibus futili-
 busque dictis lectoris animum inficere. †
 Sed si id tradere potuerunt tot classici Aucto-
 res loc. cit. à me adducti, cur non & Ego? Nonne sic
 in derisum traditur Calvinus & apud suos assecutus,
 & apud alios, ut inde ea habeatur utilitas, quod sper-
 natur ejus secta? & nonne id etiam inservit ad erudi-
 tionem? sicuti & casus propositus & resolutus inferius
 num. 15. & seq. auctoritate Emin. Card. de Lugo, &
 aliorum? Legatur queso plissimus & eruditiss. Clericus
 de sacramentis Penit. dec. 43. per tot. ubi cum pluri-
 mus classicis Auctoribus plura satis, quam ego, discutit
 ac resolvit de Hermaphroditis, & in ejus argumento in-
 ter alia sic tradit: « Circa eisdem curiose, sed utiles
 questiones: scitu necessariorum proponuntur, atque terminantur. »
 11 Hermaphroditus est irregularis, & ordinari non potest
 absque Papæ dispensatione. Navarr. in Manual. cap. 29. num. 203. Piassec. in praxi part. 1. cap. 1. art. 3. num. 2. Majol. de Irregularitat. lib. 1. cap. 33. num. 13. Pignatell. tom. 4. cons. 34. n. 9. Monacell. tom. 3. tit. 1. formul. 36. num. 30. Lugo respons. moral. lib. 1. dub. 31. num. 1. & alii passim. Hinc hermaphroditus, in quo præ-
 12 valescit sexus virilis, potest quidem valide, sed non licite ordinari; Sayrus de censur. l. 6. cap. 8. num. 24. Monacell. l. c. n. 30. Navarr. in Manual. cap. 27. num. 203. Tolet. l. 1. c. 25. n. 4. Suarez de censur. disp. 52. sect. 3. Molpessus in summa tract. 2. c. 1. n. 46. Rosignol. de Ordinib. ecclesiast. part. 1. q. 3. art. 1. num. 10. & alii; & ratio quod possit valide ordinari est, quia prævalente sexu virili, reputatur ut masculus, per textum in l. Quæritur 10. ff. de statu hominum; & quod illicite, est quia est irregularis, unde non potest licite ordinari, nisi accedente Pontificis dispensatione. Si vero in hermaphroditio neuter sexus prævaleat, sed æque invalescat sexus virilis, & muliebris, non potest nec licite nec valide ordinari. Sayrus l. c. Monacell. l. c. Valentia l. 4. disp. 9. q. 4. punct. 1. Suarez tom. 5. disp. 5. sect. 2. Henriquez lib. 10. cap. 16. Fornarius de Ord. c. 3. num. 1. Navarr. cons. 8. de arat. & qualitat. Ord. Avila de Censuris part. 9. disp. 3. dub. 5. Sanchez lib. 7. de matrim. disp. 106. num. 10. La Croix l. 6. part. 6. num. 2215. Rosignol. l. c. num. 10. & ratio est, quia talis æque est femina, quam vir, nec potest dici magis masculus, quam femina; subiectum autem Ordinum debet esse determinate masculus ex divina institutione, ut est communis, ac certa Doctorem. Et à fortiori nec valide, nec licite potest ordinari, si in eo prævaleat sexus femineus, quia prævalente femineo hermaphroditus habetur pro femina, ex cit. l. Quæritur 10. ff. de statu hominum. Femina autem non est capax Ordinum arg. c. Mulieres dist. 32. & c. Nova 20. de panit. & remiss. Communis ac certa.
 15 Hermaphroditus, qui prævalente sexu virili per dispensationem apostolicam fuit valide, & licite ordinatus, si postea in ipso prævaleat sexus femineus, retinetur

quidem illum characterem Sacerdotalem animæ impres-
 sum, cum sit indelebilis; atamen fieret iterum irregu-
 laris; immo non posset amplius valide consecrari, vel
 absolvi, quia non esset amplius mas, sicut soli ex vo-
 luntate Christi competit potestas Sacerdotalis. Card. de
 Lugo in Respons. moral. lib. 1. dub. 31. num. 4. La Croix
 lib. 7. num. 496. Hic tamen casus non videtur natura-
 liter possibilis, quia vir nunquam transit in feminam,
 nec id fieri posse affirmant Medici, ut notat. Card. de
 Lugo l. c. n. 3. & jam fuit dictum supra num. 6. Her-
 17 maphroditus autem, qui sexum femineum mutaret in
 virilem; (ut est casus possibilis, & plures accidisse re-
 fert Plinius l. 7. c. 4. & plures alii, & pater ex supra-
 dictis n. 3.) valide quidem ordinaretur, sed illicite sine
 Pontificis dispensatione; Valide, quia verificaretur verè,
 quod esset masculus, & præexistencia sexus feminei
 non officeret, quia consideraretur quod modo esset, &
 non quod erat prius; Illicite vero, quia esset irregu-
 laris ratione deformitatis; arg. cap. Presbyterum 2. de
 Clerico agrotant, unde indigeret Pontificis dispensatione
 ut licite posset ordinari; Pontifex enim post tollere om-
 nem Irregularitatem proveniente[m] à Jure ecclesiastico,
 cum possit supra illud dispensare, textu expresso in
 cap. Proposuit 4. de concession. præbend. ibi: « Qui secun-
 dum plenitudinem potestatis de jure possumus supra jus
 dispensare. Rosignol. l. c. n. 12. & alii citati supra n. 12.
 Hermaphroditus non est admittendus ad profes-
 18 sionem, neque in monasterio sexus in ipso prævalentis,
 Donatus prax. rerum Reg. tom. 2. tract. 9. quest. 5. num. 1. Pellizar. de Monialib. cap. 3. num. 32. Monacell.
 loc. cit. num. 29. & alii. Et sic expresse declaravit Sacri
 19 Congreg. Conc. in dub. professionis 6. Decemb. 1721. his
 verbis: « Hermaphrodita mulier, recepta in aliquo monas-
 terio non est admittenda ad professionem, etiamsi sexus
 femineus prævaleat, sic refert Ursaya in miscellaneo sa-
 cro, & profano, canonico, & civili part. 1. lit. H. n. 5.
 Immo Hermaphroditia si fiat Monialis, professio irrita
 20 est. Sic expresse decrevit Sacri Congregat. Conc. in
 Spoletana 14. Martii 1722. apud Ursayam loc. cit. Hinc
 si femina proficitur in monasterio Monialium, & postea
 erupente sexu virili, evadat vir, professio non dan-
 rat; quia non censetur se voluisse obligare, nisi ad profes-
 sionem Monialium, cuius est incapax; Cum ergo non
 valeat professio viri in monasterio Monialium, ut tenent
 communiter Doctores cum Pignatelli. tom. 4. consulti. 34.
 num. 5. sequitur etiam irritari professionem Monialis in
 virum mutata, quia professio redacta est ad casum, à
 quo incipere non potest, nec esse, ut per Bald. in l. Si
 Gaudemus, Cod. de contr. emp. Et ita in praxi observa-
 tum esse testantur passim Doctores, quos refert, &
 sequitur Diana part. 5. tract. 14. miscellan. resolut. 49.
 Lugo loc. cit. num. 2. & signanter observatum est cum
 Flavio Cherubino, qui prius fuit Monialis, & postea
 factus est Presbyter, & Canonicus, ut fuit dictum su-
 pra num. 3.
 Hermaphroditus potest valide, & licite contrahere
 22 Matrimonium conformiter sexui prævalenti, id est ut vir
 si prævaleat sexus virilis, & ut femina, si prævaleat
 sexus femineus; Communis cum Baldo in l. Quæritur 10.
 ff. de statu hominum, Sanchez de matrimonio lib. 7.
 disp. 106. n. 4. Pirhing. lib. 4. Decretal. tit. 15. num. 3.
 Reiffenstuel ibid. num. 22. Et ratio est quia hermaphro-
 ditus censetur masculus, si prævaleat virilis, & femi-
 na, si prævaleat femineus; textu expresso in l. Quæ-
 23 ritur 10. ff. de statu hominum, ibi: Quæritur, hermaphro-
 ditum cui comparemus? & magis puo, ejus sexum exis-
 timandum, qui in eo prævalet. Non potest tamen nec va-
 lide nec licite contrahere matrimonium conformiter sexui
 inferiori, seu debiliori, & minus potenti; quia contra-
 hendo secundum sexum inferiorem, & minus potentem,
 seu debiliorem, contraheret cum persona ejusdem sexus.
 Rosignol. in univers. de matrimonio contract. 15. de ma-
 trim. II. prænotat. XVIII. num. 66. in fine, & alii. Si
 vero uterque sexus sit æqualis, & nullus prævaleat,
 tunc potest contrahere matrimonium pro libitu, vel
 ut vir, vel ut femina, dummodo alteri sexui perpetuo
 renunciet, & prius juret, quod imposterum non nisi se-
 24 cun-

cundum sexum semel electum copula uti velit; arg. cap.
 Presbyteros 16. q. 1. & c. Diversis, de Clerico conjugat.
 & lib. Si plures ff. de pactis, Gutierrez l. c. Pirhing
 l. c. Reiffenstuel. l. c. n. 23. Rosig. l. c. n. 67. & alii pas-
 25 sim. Nec potest talis hermaphroditus, conjuge suo de-
 sancto, postea secundum alium sexum licite nubere,
 quamvis si ita nuberet, matrimonium validum esset,
 utpote nullo jure irritum, l. c. n. 23. Sanchez l. c. &
 alii supracitati.
 26 Nec valet objicere, quod sicuti ex dictis, quando
 in hermaphroditio est æqualis uterque sexus, & nullus
 prævaleat, ipse est incapax ad ordines, & ad profes-
 sionem, ita debeat esse incapax ad matrimonium. Non
 valet, inquam, quia longe dispar est ratio de matrimo-
 nio, ac de sacris ordinibus, & professione religiosa;
 Ideo enim participans æqualiter de utroque sexu est in-
 capax ad ordines, & ad professionem; quia cum ta-
 lis non magis sit masculus, quam femina, non dicit
 capacitem ad ordines ex eo quod subiectum capax Ordi-
 num debeat esse vere, & determinate masculus, pro-
 pter indecentiam, quam dicit femina ad ipsos ordines;
 Nec etiam dicit capacitem ad professionem religio-
 sam propter scandalum, & pericula incontinentiæ, quæ
 inde timeri rationabiliter possunt, ex quo hermaphro-
 ditus sit sufficiens, & aptus ad expandendam malitiam
 incontinentiæ, & provocandam libidinem in quacum-
 que religiosa familia admitteretur. Supradicta autem in-
 decentia, & dicta scandala, & pericula incontinentiæ
 non possunt rationabiliter timeri in matrimonio contrac-
 27 to secundum unum, vel alterum electum sexum sub
 juramento de non variando, cum hermaphroditus ple-
 nissimum habeat facultatem vacandi copulæ conjugali
 secundum sexum electum, ut sibi magis placitum. San-
 chez de matrim. lib. 7. disp. 106. num. 10. Rosignol. l.
 c. n. 68. & alii passim.
 28 De variis hermaphroditorum speciebus non una
 est Scriptorum opinio. Videtur Moller. de hermaphrodit.
 cap. 2. per tot. Breviter vero hic agendum de habitate,
 vel inhabilitate hermaphroditii in via conjugali, & num
 quoad juris effectus.
 29 Ad primum quod attinet hermaphroditus si sexum
 habeat potentiorem, potest utique juxta eum matrimo-
 nium contrahere. Sed ut matrimonium legitime contra-
 hatur, ante omnia requiruntur, ut insipienter, an re vera
 in hermaphroditio prævaleat sexus ille, secundum quem
 contrahere intendit. Committenda hæc inspectio Medicis
 & Chirurgis, qui etiam quandoque obstetricibus. Quod
 si detectet hermaphroditus hanc inspectio[n]em, ad ma-
 trimonium nequaquam admittendus, Moller. de her-
 maphrodit. cap. 6. pag. mibi 178.
 30 Si ex inspectio[n]e appareat, quod hermaphroditus
 in nullo sexu prævaleat, quæri solet, quid hoc in casu
 agendum; Sunt qui tenent pollere hermaphroditum ar-
 bitrio eligendi unum sexum, eoque utendi, modo ta-
 men si juret se non esse abustum altero sexu; Vide
 Moller. de hermaphrodit. dist. cap. 6. pag. mibi 182.
 31 Quod si hermaphroditus in utroque sexu potens sit,
 questionis est, an possit & uxorem ducere, & simul
 etiam viro nubere? Negat, & quidem recte Moller. de
 hermaphrodit. dist. cap. 6. dist. pag. mibi 182.
 32 Major questio est, num hic hermaphroditus potens
 in utroque sexu, dum est viduus, possit nubere viro
 uti femina? Affirmant Sanchez de matr. lib. 7. disp. 106.
 num. 8. Trullench. de Sacram. lib. 7. c. 9. dub. 16. n. 3.
 At negat Lara in compend. vit. homin. cap. 11. num. 49.
 Moller. de hermaphrodit. dist. cap. 6. pag. mibi 184.
 33 Subdit autem Lara l. c. quod si sexus, secundum quem
 prius contraxit, finito matrimonio frigescat, alter au-
 tem incaluerit, & se continere nequeat, consulendus
 sit Summus Pontifex, qui poterit hanc licentiam dare.
 34 Vide & alias easque curiosas questiones de habitate
 vel inhabilitate hermaphroditii in via conjugali apud Mol-
 ler. de hermaphrodit. dist. cap. 6. per tot.
 Quod alterum concernit, is qui perfectus imas est,
 vel utroque sexu valet, & virilem tantum elegit, quoad
 juris effectus inter viros connumeratur, & ad res offi-
 cialesque viris tantum concessa, admittitur.

Intellige vero de Jure civili. Nam quoad effectus 35
 Juris canonici, & officia secundum ejus requisita ob-
 eunda non reputatur uti mas. Unde nequit ingredi reli-
 36 gionem, admitti ad ordines ecclesiasticos, esse Rector
 alicujus Universitatis, esse Judex &c. Confer. Moller.
 de hermaphrodit. c. 7.
 Quinimmo nec etiam, quoad omnes effectus Juris 37
 civilis habetur pro mare. Adi omnino Moller. de herm.
 dist. c. 7. per totum, qui rem pro dignitate tractat. †

HIEROSOLYMITANI MILITES,
 SEU EQUITES S. JOAN. HIEROSOLYMITANI.
 S U M M A R I U M.

1 Ordo Sancti Joannis Hierosolymitani quando insti-
 tutus: quibus sub nominibus appellatus: an sit pro-
 prie religio: quare ejus Equites religiosi dicantur
 quidquid acquirunt, cui acquiratur, ad num. 15.
 16 Pensionibus & beneficiis quomodo perficiuntur: sub
 Sedis Apostolicæ protectione sunt, & nequeunt ad
 alios ordines transire: decedentium bona ad eorum
 hospitale spectant: ad magnum Melitensem Magis-
 trum que pertinent: quos ordines hic ordo compre-
 hendat, & votorum emissio qualis, ad num. 27.
 28 Signantur varia, in quibus tenentur, & obligantur
 dicti Equites, tam pro se quam si Episcopus terri-
 torii ordinaverit: & qua hujus sint privativa, ad
 num. 49.
 30 An possint in Conventores eligere ecclesiasticas per-
 sonas: ratio meritum in promotione ad magnam Cru-
 cem habetur, aliquo eorum in Episcopum electo: si
 Preceptoriam tenuerit, ita vacat, ad num. 52.
 33 A laicis iudicibus predicti Equites vel criminis assas-
 sinii declarari non possunt: Religiosis coloni eor-
 dem privilegii gaudent, dum Melite existunt: qui
 locus pro habitatione est eis assignatus, & à quo
 alantur, ad num. 56.
 37 Milites inter & capellanos que distinctio: fratres
 qui dicantur: per quem aut quor repræsententur re-
 ligio: sedecim Capitularibus nil in statuta religio-
 nis permittitur: an filiorum arrogatio eidem com-
 petat, ad num. 61.
 62 Sacre Congregationis Immunitatis varia decreta affi-
 rantur: subnectantur Auctoris doctrina novæ addi-
 tiones ex aliena manu, ad num. 106.
 Ordo Militaris Equitum S. Joannis Hierosolymitani,
 seu Melitensis fuit institutus sub regula S. Augustini
 Hierosolymis à B. Gerardo ex provincia oriundo, qui
 extruxit hospitale anno 1112. dictum D. Joanni Bap-
 tistæ prope templum Christi Domini in Calvarii monte
 cum methodo vite regularis, & approbatione Pas-
 chalis II. ut ex ejus bulla edita anno 1117. die 15.
 Februarii registrata in lib. statutorum dicte Religionis,
 Imperatoribus in Occidente Henrico V. in Oriente Ale-
 xio Comneno; & deinde hic Ordo à Callisto II. anno
 1120. & ab Honorio II. anno 1125. confirmatus, & à
 subsequentibus Pontificibus plurimis privilegiis decora-
 tus fuit.
 Equites hujus Sacre Militiæ vocantur S. Joannis,
 2 eo quia in hospitali S. Joannis Baptistæ sacro instituti
 sunt Hierosolymis à supradicto B. Gerardo; à qua ta-
 men Hierosolyma civitate eiecit, & etiam à Phenicia
 à loco Margotti, & à Prolemais in Syria, quo confu-
 gere curaverant, Cyprum pro sede habuerunt, donec
 Rhodi Insula Turcis vi armorum erepta anno 1308. &
 retenta per annos 214. dicti sunt Equites Rhodienses.
 Sed die 35. Decembris 1523. post longissimam obsidio-
 nem factam à Turcis Rhodi Insula amissa, sine sede
 per aliquod temporis spatium hæc tam nobilis Religio,
 Syracusam, Romam, Viterbium, Villam Francam, &
 Nicæam in provincia peragravit, donec Carolus V. Im-
 perator die 23. Martii 1530. summa ejus laude, opera
 Ee Cle-